S. I 147-75

1

Universis et singulis huius seriem presentium visuris lecturis pariterque audituris attestor et fidem presenti fidem indubiam facio Ego Petrus Torres auctoritate Regia notarius publicus Ilerde et de Collegio notariorum eiusdem Civitatis quod penes me dictum et infrascriptum notarium fuit receptum et testificatum quoddam Procurationis instrumentum in ejus apricia thenoris sequenti Die septima Mensis dezembris Anno a nativitate domini Millesimo Septientesimo trigesimo Nono Ilerde Ego frater dompnus Ignasius Erill et de Cardona Religiosus ordinis Sancti Benedicti In Collegio ejusdem Religionis Sancti Benedicti in dicta et presenti Civitate Ilerde Instituto et fundato residens Gratis constituo et ordino Procuratorem meum certum &c. Ita &c. Magnificum et Reverendum Franciscum Monfar presbiterum ejusdemque Religionis Religiosum ac Prepositum ville de Panades &c. absentem tanquam presentem &c. Scilicet pro me nomineque meo Collationem Poceshionem et Investituram de Beneficio sub Invocatione Sanctissimi Corporis Christi In Ecclesia Monestery et Conventus Sancti Cucuphati sive Sant Culgat del valles dioc. Barcinone Instituto et fundat per Illustrissimum Magnificum et Reverendum dominum dompnum Franciscum de Erill ejusdem Religionis Sancti Benedicti Religiosum ac Abbatem dicti Conventus seu ejus in spiritualibus et temporalibus vicarium generalem seu officialem factam et seu faciendam in domino aceptandum Canonicamque obedientiam et Manualem Reverentiam et aliud quodcunque licitum et honestum Juramentum Et si oppus fuerit Cautiones quascunque tam de servitiis exibendis et oneribus exsolvendis dicti beneficy quam de servandis Statutis Constitutionibus et ordinationibus ejusdem Ecclesia dicti Monestery de Sant Culgat in Animam meam faciendum et prestandum, Et fidejussores quoscunque dandum Et ipsos fidejussores Indemnes super bonis meis servandum et servare promittendum bonaque mea pro Inde obligandum Pocessionemque dicti Benefity Sanctissimi Corporis Christi michi conferendi vigore Collationis ut predicitur michi faciendae aprehendendum nanciscendum Intrandum manutenendum et deffendendum Et subexequtores quoscunque pro Inde Eligendum et nominandum De Penis et Censuris in dicta Collatione contenendis protestandum Et Signa quecunque et quoius actus pocessionis aprehentionem denotantes et denotantia faciendum et exercendum Et desuper quecunque Instrumenta Cautionum Indemnitatum Pocessionum et alia desuper necessaria cum quibusvis pactis pactionibus stipulationibus et promissionibus

2

2

bonorum obligationibus iurium renuntiationibus et aliis clausulis et cau-
thelis ad predicta omnia et singula necessariis et utilis dicto dno Procura-
tori meo constituto benevisis ac si oppus fuerit iuramento roboratis faciendi
et firmandum. Et ad predicta omnia et singula substituendum. Et demum
ac generalis. Committo vices meas. Promittoque habere ratum. Et non
revocare sub omnium et singulorum bonorum meorum obligatione et hypoteca.
Fiat. Testes sunt mag. Joannes Castarnelles et Montserratus Colom
sartores Ilerde, Cives. Cuius fidem et testimonium et ut premissis
propria manu scriptis in judicio et extra ab omnibus plena tribuatur
fides Ego Idem Torres not. memoratus hic me subscribo et meum soli-
tum artis notarie appono Sig.



Procura de Don Ygnaci
de Orell para acepta
bonefrey
1679.

7 Xbre 1679

GOBIERNO DE ARAGON